

P R A E F A T I O

odo Sendomiriensi coeuntium in unum, ne Pontificus sese ludibrio exponeret, nostros quoque imitari par erat; en grandævus Senex Johannes Brentius, alterum pedem in sepulchro fixum tenens, Testamentum condit, edium sydere infelici à Bidenbachio, quo classicum ad bellum ἀσπρονδov redintegrandum canebatur.

An. 1571.
1572.
1573.

In Saxonia autem Witebergica Catechesis doctrinam Philippicam ex corpore doctrina repetens, prodit, quam excipiunt Disputatio Grammatica, Quaestiones Christianae, Stereoma seu liber fundamenti, & Dresdensis consensus, denique Exegetis; Quibus integra convitiarum, calumniarum & cavillationum sophisticarum plaustra à Flacianis opponuntur, & libri isti Theologorum Witebergensium sub odioso Calvinistarum nomine prosciuntur ac damnantur: scilicet quod eadem & sacra Scriptura consentanea doctrina quam etiam Calvinus professus erat, in praedictis libris repereretur. Ut mirari ego satis nequeam, hodie istiusmodi hypocritas reperiri, qui ad ea ipsa Witebergica & hodie Anhaltina scripta provocare, & suum cum illis consensum testari ausint; at Calviniani, id est, Orihodoxi audire & esse reapse nolint.

Magno & incredibili conatu Witebergensibus restiterunt, Jacobus Andrea Wigandus, Andreas Musculus, etiam Kemnitius, Selneckerus, qui iurisiurandi religionem parum curarat, praeter alios plures, terra filios, qui prius non acquie-

verunt